



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.  
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que  
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia  
colit ac veneratur.||**

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Excerptiones ex decretis Siluestri pape.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

**H**actenus digestis conciliis sanctorum patrum sequuntur decreta presulū Romanorum presbyterate sedis apostolice presulū constituta, quod ad fidei regulā vel ecclesiasticā pertinet disciplinā in hoc libro diligenti cura collecta sunt, ita ut singulorum pontificum quęque decreta à nobis repta sunt sub vniuersi cuiusque episcopi serie propriis titulis prenotare eo modo quod superius prescorum patrum canones nostro studio ordinati sunt, quatenus lectoris industria facilius intelligere possit dum capitulis propriis distincta intendit.

**Incipiunt decreta ex decretis sancti Siluestri papae.**



**I**mporibus sancti Siluestri papae & Constantini piissimi Augusti factum est magnum concilium in Nicæna Bythinia, & congregati sunt regulariter eiusdem Siluestri papae vocatoe in idipsum trecenti decem & octo episcopi catholici qui exposuerunt fidei integrā catholicā immaculatā, & dānauerunt Arriū Fotinū Sabelliumque atque seque eos. Eodemque tempore & xiiij. Calendas Iulias die quę memoratū concilium magnum in Nicæa congregatū est, canonica iā factā papae vocatoe in urbē Romā congregauit, & ipse cum concilio presbiteri Constantini Augusti ducetos, lxxviii. episcopos, & dānauit iteque Calixtū quę Arriū, & Fotinū atque Sabellium & constituit ut presbiterum Arrianū respiscere non susciperet, nisi episcopus eiusdem loci eum recōciliaret, & sacrosancto chrisimate per episcopalis manus impositionē sancti spiritus gratia quę ab hæreticis dari non potest, confirmaret. In quibus & contentis, & subscriptioe omnium constitutum est, ut nullus laicus crimine clerico audeat inferre, & ut presbiter non aduersus episcopum, non diaconus aduersus presbiterum, non subdiaconus aduersus diaconum, non acolytus aduersus subdiaconum, non exorcista aduersus acolytum, non lector aduersus exorcistā, non hostiarius aduersus lectorem det accusatōem aliquā, & non dānabit presul nisi in lxxij. Neque presul summus à quoque iudicabit, quoniam scriptum est. Non est discipulus super magistrum, presbiter autem cardinalis nisi xlviij. testibus non dānabit, diaconus cardinalis constructus urbis Romae nisi in xxvi. non dānabit, subdiaconus, acolytus, exorcista, lector, hostiarius nisi sicut scriptum est, in septem testibus non dānabit. Testes autem & accusatores sine aliquo sint infamia uxores & filios habentes, & omnino Chriſtum predicantes testimonium laici aduersus clericum nemo recipiat, nemo enim clericum quemlibet in publico examinare presumat nisi in ecclesia. ¶ Nemo enim clericus vel diaconus aut presbiter propter quolibet causam intret in curiam, nec ante iudicem cinctum causam dicere presumat, quoniam omnis curia à cruore dei & imolatione simulachrorum. Et si quis clericus accusans clericum in curia introierit anathema suscipiat. Hæc inter cætera in predicta omnium cōsulta constituit synodo, ut sacrificium altaris non in serico panno, aut tincto quisquā celebrare presumeret, sed in puro lineo ab episcopo consecrato terreno scilicet lino percreato atque cōtexto sicut corpus domini nostri Iesu Christi in syndone munda sepultum fuit. Et si quis desideraret in ecclesia militare, aut proficere, ut esset prius hostiarius, deinde lector, & postea exorcista per tempora quę episcopus constituerit, deinde acolytus annos quinque, subdiaconus quinque annis, custos martirum annis quinque, diaconus annis quinque, presbiter annis tribus, pbatus ex omni parte in tantum ut etiā ab his qui foris sunt testimonium habeat bonum vniuersi videlicet uxoris virum quę tamen à sacerdote fit benedicta, & si pbatus fuerit dignus, & vota populi & cleri cōcurrerit canonice episcopus cōsecret, quę postea nec clerus, nec populus perturbare debet, quia episcopi qui throni dei vocantur non sunt lacerandi de quibus ait Beatus Paulus apostolus. Seniore ne increpaueris, sed ut patrem obsecra, legimus namque ipso domino dicente non esse discipulum super magistrum, hoc est non sibi debere quem ad iniuriam doctorum vindicare doctrinā, nec aliquam machinatōem domini discipulos, id est apostolorum successores detrahare aut infamare, quia iniuria doctorum ad Chriſtum pertinet cuius vice legatōe funguntur, quilibet enim dominum cōtristat, qui hoc agere presumit dominus in euangelio testatur, ait enim ipse saluator quod expediat scandalizati vniuersi de pusillis istis in maris profunda demergi, & molā afinariā collo eius suspēdi. Si talis ergo pena domini discipulos scandalizantibus permittit, quid in futuro eis peruenire debeat summopere pensandum est, quoniam non parum periculi illis manere poterit ante dominum, qui hæc detrectat suis exhibere ministris. Quod ita demum pbare poterit, si deum timeat qui talia exercere minime formidat, si ipso sibi imitatio probo filio à talibus se deinceps custodiant, quia nihil prodest homini reliquā bona agere nisi mens ab iniquitate reuocet, & ab obrectationibus lingua cohibeat. Vnde ait propheta. Cohibe linguā tuā à malo, & labia tua ne loquantur dolū, diuertere à malo, & fac bonū. Nemo enim bonū facies, alteri verbo, aut facto nocere vult & reliqua. Hic in memorata constituit omnium cum cōsensu synodo, ut nullus presbiter missas celebrare presumat, nisi in sacris ab episcopo locis qui sui princeps de cætero voluerit esse sacerdotij. Et pietatis affectu hic sanctissimus papa subgesta synodica reuocauit applica autoritate multos ab alijs episcopis excoicatos, & à tyrānis eieictos ad cōionem, & restituit eos in ecclesijs quibus fuerant olim instituti sub satisfactione, atque purgatos eos recepit dās exēpla futuris eruēdi sacerdotes de frequentium manibus, Constituit etiā nulla ratione transmarinū hominē penes nos

## Decreta Marci pape.

in clericatus gradu suscipi, nisi quinque Episcoporum designatus sit chyrographis.

### Incipiunt decreta Marci pape.

¶ Epistola Aegyptiorum pontificum ad Marcum papam pro exemplaribus Nicæni Concilij, quia Arriani eorum exemplaria incenderant.

**C** **D**omino sancto & Aplice culminis venerando Marco sanctæ Romanæ & Aplice sedis, atque vobis Ecclesiæ papæ. Athanasius & vniuersi Aegyptiorum epi. Ad vos puenisse non dubitamus quanta & qualia ab hæreticis, & maxime ab Arrianis quædam patimur, quoniam in tantum ab eis persequimur, ut etiam viuere nos tædeat. Nam instanti tempore subito & insperate in nos irruentes, nosque iuxta preceptum domini, qui ait, si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam, fugiendo propter cladem populi declinantes nos comprehendere non valuerunt, sed omnia nostra depopulati sunt, in tantum enim nostra vastauerunt, ut nec libros, nec vestimenta ecclesiastica, aliaque ornamenta, nec reliqua vestigia nobis dimitterent. Libros vero non omnes usque ad minimum incedentes, nec iota vnum relinquentes propter veritatis fidem Nicænam synodum, qua clericus & populus imbutus, & maxime iam imbuti erant in contumeliam nostram, & omnium Christianorum incederunt. Quapropter precamur per beatissime, quia non dubitamus apud vos plenaria esse Nicæni Concilij exemplaria, ut nobis illa que sancte recordationis predecessoris vestri Syluestri fuerunt sub tuta mittatis stipulatione. Nam quoniam predictæ synodo cum beate memorie Alexandro digno deo pontifice nostro, i. Alexandrina magne ciuitatis episcopo in diaconatus interfuius officio sub nostra presentia testimonio per beatos viros Victorem, Vincetium presbiteros aplice sedis apocrisarios missa sunt predicto pape Syluestro cum vestimentis subnexa capsa, lxx. Sanè presentibus nobis, lxxx. in memorata capsula tractata sunt synodo, scilicet xl. a graecis graeca lingua edita, & xl. a latinis sicut latina edita lingua, sed visum est trecentis decem & octo presbiteris in predicto sancto spiritu repletis Concilio congregatis, & maxime iam dicto Alexandro, & aplice sedis apocrisariis, vt. x. capitula adunarent, alij atque congruis in locis siferent, & ad formam, lx. discipulorum vel totius orbis terre linguarum, lx. tantum & tam excellentis concilij fieret capsula, que omnium Christianorum informeret orbem & omnes sub sacerdotali & Christiano nomine degentes vna fides, & vna sacerdotalis, atque clericalis regeret norma, nec quicquam a suo dissideret capite. Nunc ergo ut predictum est inimici sancte dei ecclesie, & maxime Arriani a quibus quotidie expugnamur, coterimur & opprimimur prefata lxx. Nicæni Concilij capsula que de prefata synodo iam facta iubente domino meo Alexandro, decreto omnium episcoporum attuli, que etiam coram omnibus recitavi atque transscripti sunt igne combusta, optamus vt a vestra sancte sedis Ecclesie autoritate que est miris, & caput omnium Ecclesiarum ea ad correptionem, & recreationem fidelium orthodoxorum percipere per presentes legatos mereamur. Verè nouimus apostolatus vestri cor gratia sancti spiritus in tantum esse accessum, ut omnibus opprobriis succurratis, quanto magis nobis que lxx. exigui ordinis tantum vestri sumus vobisque obediētes cum omnibus nobis commissis & sumus, & esse speramus. Ideo decet & oportet vos nobis hæc que rogamus, & alia que necessaria iuxta sapiam quam vobis prestatit altissimus esse cognoueritis absque tarditate prestare, ut tante miserie squalores a fidelium mentibus detergantur, & quasi vulnus corpori infixum aditu tante miserie obsecrato saluari curet Antidoto, vt diuini freti iuuamie, vestraque autoritate atque auxilio roborati aduersantium tergiversationes euadere valeamus, atque incolumi vultu non fraude cuiusquam percussi assistere eterno iudicio mereamur, & voce audire Christi: euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituaui, itra in gaudium domini tui. Et subscriptio: Orate pro nobis sanctum apostolatum vestrum loquentis dominus conseruet tribus.

¶ Rescriptio Marci papæ, de missione capitulorum Nicæni Concilij Athanasio & omnibus Aegyptiorum Episcopis.

**D**ominis venerabilibus fratribus Athanasio, & vniuersis Aegyptiorum Episcopis, Marcus sanctæ Romanæ & Aplice sedis, & vobis Ecclesiæ episcopus. Doleo fratres & nimium contristor super afflictione vestra, sed oppido consolor, quod vero agitata non estis harudo, sed recti in fide inter omnes percellat & turbatum colluctationes incessanter perduratis. Lectis ergo fraternitatis vestrae lris vigore constantia vestra que olim noueram, agnouimus congratulantes vobis, quod ad custodiendum gregem pastoralem curam vigilanter insequimini, ne lupi qui sub specie ouium subintrarunt bestiali sequitia supplices dilacerent, quod non ad hoc subintrarunt, ut aliquid correctione perficerent, sed vt ea que sunt sana, corrumpant. Quapropter moneo & hortor dilectione vestra, vt bonum quod incipistis adminiculare diuina gratia usque in finem perducere satagatis veritatis voce monete. Beatissimi qui perseuerauerit usque in finem, vnum enim beatum perseuerantia nisi de virtute patientie. Nam iuxta apostolum omnes qui voluerint pie viuere, in Christo persecutionem patient, quod non in eo tantum computanda est, quod contra Christianam pietatem, aut ferro, aut ignibus agit, aut quibuscunque supplicij cum persecutionum sequitiam suppleat, sed dissimilitudines morum & contumacie inobediētium, & malignarum tela linguarum, quibusque consistat omnibus contra semper membra pulsan, a nulla pioque portio conflictatione sit libera. Ita vt piculus nec otio careat, nec labore, nam hæc & omnia incrementa probabiliu studios, & in eis usque in finem perseuerantia, atque bona voluntas